ι τοὺς κατασκόπους,
ὡπλισμένη, ξιφήρης τε
ῆς πρὸς αὐτοὺς ἵεται,
τῶν μέρος τῶν κει-
ετο, τοῖς νεκροῖς ἐγ-
αὐτοὺς ὑποπτεύουσ-
α δὲ ποιουμένη, δια-
εἰ ἀνεύροι, ὡς ἐπιβου-
πρὸς ἐναντίοις τοῖς
αγγανεύμασι κατα-
γεγενημένους, ἕως ἀπο-
ὑπὸ θυμοῦ τὴν κα-
νεκροὺς ἔρευναν ποιου-
θεν ὀρθωμένῳ κλά-
ρατος, κατὰ τοῦ βου-
βῶνα παρεῖσα· καὶ ἡ μὲν
ἐκ τοῦ παιδὸς μαν-
τευμάτων ἐκπληρώσασα ἐν δί-
κασι.

& exaudit omnia: muliercula inquam amore concita, & omnem, vt ita dicam, terram, amasij cuiusdam causa pererrans. Cum quo post infinitos labores, & sexcenta pericula, in extremis terræ terminis, eandem in prçclara fortuna & regia vitam transiget. His dictis, illud quidem iacebat corruens.

De Thegone.

Anus verò intelligens, hospites esse eos qui spectabant, quo fuerat habitu gladio armata, & furibunda ad ipsos contendit, & per omnes partes iacentium ferebatur, inter cadauera ipsos latitare suspicans: in animo autem habens interimere, si inuenisset, tanquam insidiatores, & eos qui speculatores illius prçstigiis aduersi fuissent, donec dum incautius præ ira inter cadauera illos inquirere pergit, fragmento hastæ erecto per inguen traiecta est imprudens. Hæc igitur ita iacebat, vaticinium redditum à filio extemplò iustè implens.

Anus implet vaticiniū sibi à filio redditum.

V

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ ζ.

HELIODORI ÆTHIOPICORVM LIBER VII.

ARGVMENTVM CAP. XVIII.

Eorum quæ de cadauere prædicta erant, experientia: Thyamidis cum Theagene Memphim aduentus, vt de fratre Petosiride pœnas sumat, à quo antistitij dignitate pulsus erat. Cum Arsace Oroondatis vxore, de causis aduentus sui colloquia. Singulari certamine fratrum dimicatio, & Petosiridis fuga. Calasiridis circa muros insecutio, aduentu Calasiridis repressa. Chariclea in Theagenis amplexus simul ruit. In templo Isidis gratia beneficij vtrinque persoluta. Arsaces amores conspecto Theagene: & consilia cum Cybele, vt medeatur, agitata.

CAP. XVIII.

Calasiris autem & Chariclia cũ proximè tantum discrimen essent, tum segregantes sese à præsentibus terroribus, tam etiam propter ea quæ vaticinio prædicta fuerant accelerantes, iter Memphim festinatò continuabant.

Quid consilii inedit Calasiris & Chariclea.

ΚΕΦ. ΙΗ.

Ὁ ΔΕ Καλάσιρις καὶ ἡ Χαρίκλεια παρὰ τοσοῦτον ἐλθόντες κινδύνου, καὶ ἅμα μὲν τῶν παρόντων φόβων ἐκτὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι, ἅμα δὲ τῶν μαντευθέντων ἕνεκεν ἐπισπεύδοντες, τὴν ἐπὶ τὴν Μέμφιν ὁδὸν σπουδαιότερον εἴχοντο.

Καὶ

δὴ καὶ ἐπλησίαζον τῇ
τῆς ἐκ τῆς νεκυίας με-
θρίων, ἤδη κατ᾽ αὐτὸν
ναι. ὡς γὰρ ὁ Θύαμις
ῆς Βήσσης λῃστρικὸν ἐ-
φίσατο, οἱ μὲν κατὰ
ριν ὀλίγον ὅσον ἔφθη-
πύλας ἐπικλεισάμενοι,
ιυ τινὸς τὴν ὑπὸ Μι-
διαδράντων τὴν κατὰ
νσαν μάχην προειδόν-
-λὴν ἔφοδον, καὶ τοῖς ἐν
προμηνύσαντος. ὁ δὲ
περί τι μέρος τοῦ τεί-
ὅπλα καταθέσθαι κε-
διανέπαυέ τε ἅμα ἐκ
υ τῆς ὁδοιπορίας τὸ
καὶ ὡς πολιορκήσων διή-
ειτο γνώμην. οἱ δὲ κατὰ
λιν, πρότερον μὲν ὡς
τὸ ἔπιὸν καταδείσαντες,
ῆς ἐκ τῶν τειχῶν κατα-
ὀλίγοις εἶναι τοὺς ἐπελ-
-ματαγνόντες, ὁρμῶσαι
υτίκα τοὺς ἐγκαταλε-
οις ὀλίγοις εἰς φρου-
πόλεως τοξότας τε καὶ
ἀναλαβόντες, καὶ τὸν
δῆμον τοῖς προστυχοῦ-
λίσαντες, ἐξελθεῖν τε καὶ
εῖν εἰς μάχην τοῖς ἐναν-
πρεσβυτικοῦ δέ τινος καὶ
δόξης διακωλύσαντος,
διδάξαντος, διότι καὶ εἰ τὸν σατράπην Ὀροονδάτην

Et quidem accedebant ad vrbem, cùm iam ea fierent, quæ mortuus quem euocauerat mater, prædixerat. Hi enim qui erant Memphi, paulò antè quàm aduenisset prædonum manum è Bessa ducens Thyamis portas clauserant, milite quodam qui sub Mitrane meruerat, & ex prælio ad Bessam effugerat, aduentū illius præuidente, & iis qui erant in vrbe prænunciante, Thyamis igitur circa quandam muri partem arma deponere imperans, simul quiete post continuū laborem itineris reficiebat exercitum, & obsidionem vrbis inchoare statuebat. Oppidani autem qui priùs metu magnarum copiarum aduentus consternati fuerant, cùm paucos esse ex muris despicientes cognouissent, extemplò collectis sagittariis & equitibus, qui pauci ad præsidium vrbis relicti fuerant, & reliqua multitudine ciuium armis quæ cuique casus obtulerat, instructa, exire ex vrbe, & cum hostibus prælium committere properabant: grandiore quodam & claro viro contradicente, & docente, etiam si satrapam Oroondatem

A cadauere prædicta de iis quæ circa Mēphin futura essent experientia monstrat.

Viri clari & grandioris consilium ad ciues vrbis Mempheos.

Vt absente Oroondate ad Arsacen coniugem rem deferat.

abesse cōtigisset, ad Aethiopicum bellum profectum, attamen ad Arsacen illius coniugem rem priùs deferri conuenire, quòd illius consensu milites qui in vrbe reperirentur, facilius essent & promptiùs ad opē ferendam ciuitati, concursuri.

Cúmque rectè dixisse videretur, contenderunt omnes ad domicilia regia, in quibus absente rege satrapæ habitant. Arsace autem erat alioqui formosa & procera, & singulari industria in rebus administrandis prædita, atque animo elato propter ortus sui nobilitatem: qualem extitisse in ea, quæ soror magni regis nata esset, consentaneum est: cæterùm propter voluptatem illicitam ac dissolutam in vita, culpa & reprehensione nō carebat. Inter cætera quoque & Thyamidi aliqua ex parte causa aliquando extiterat exilij, quo Memphi cedere coactus est. Cùm enim, simulatque Calasiris propter ea quæ illi diuinitus de filiis responsa fuerant, Memphi clam emigrasset, ac nusquam compareret, atque etiam periisse putaretur: illicò Thyamis, tanquā filius natu maior, esset ad dignitatē antistitij vocatus,

Arsaces forma, splendor & genus.

Causa ex parte aliqua, Arsace Thyamidis exilij.

ἀπεῖναι συμβαίνει, τὸ
τὸν Αἰθιοπικὸν ἐκστρατε
πόλεμον, ἀλλὰ Ἀρσάκῃ
ἐκείνου γαμετῇ δίκαιον
εἶναι ἀνακοινῶσαι τὸ πρᾶ
αὖ μετὰ γνώμης τῆς ἐκ
ευρισκόμενον κατὰ τὴν
στρατιωτικὸν, ῥᾷόν τε συ
βαίνοι καὶ προθυμότερον.

Ἐδόκει δὲ ταῦτα
εἰρῆσθαι· καὶ ἐπὶ τὰ βα
πάντες ὡρμηντο, ταῦτα ἔχ
εἰς κατοίκησιν τῶν σατρ
βασιλέως μὴ παρόντος
Ἀρσάκη τὰ μὲν ἄλλα κα
λὴ καὶ μεγάλη, καὶ συνεῖνα
στεῖος, τό τε φρόνημα
γενείας ὑπέρογκος, καὶ ο
κὸς τὴν ἀδελφὴν βα
τοῦ μεγάλου γεγονυῖαν·
δὲ τὸν βίον ἐπίμωμος, κ
δονῆς παρανόμου καὶ ἀκ
ἐλάττων. πρὸς γοῦν
καὶ τῷ Θυάμιδι παραιτ
ἐκ Μέμφεως ποτὲ φυγ
γεγόνει. ἄρτι γὰρ τοῦ Κα
ειδος διὰ τὰ ἐκ θεῶν
περὶ τῶν παίδων προ
θέντα, τῆς Μέμφεως ἐ
λάθρα πάντων ἐξοικήσαν
ἀφανοῦς ὄντος, ἢ καὶ ἀπολ
ναι δοκοῦντος· τοῦ δὲ Θυάμ
ὡς ἂν πρεσβυτέρου παιδὸ
τὴν προφητείαν κληθ

τηρίοις θυσίας παν-
λοῦντος, ἐντυχοῦσα
ἐν τῷ Ἴσιδος ἡ Ἀρσάκη
χαρίεντι καὶ ἀκμάζον-
ς τῷ ἐν χερσὶ πανηγύ-
ωραϊσμένῳ, ὀφθαλ-
ἐπέβαλλεν οὐ σωφρο-
ματα τῶν αἰσχροτέρων
καὶ ταῦτα ὁ μὲν Θύα-
κτὰ μικρὸν προσίετο,
ἐκ παίδων εὖ πεφυ-
σωφροσύνην· καὶ τὰ
νης δρώμενα πόρρω
ἐδρᾶτο ὑποπτεύειν·
ἄλλως πῶς γίνεσθαι
τῶν ἱερῶν ὅλος γινό-
μὲν ἀδελφὸς αὐτοῦ
καὶ πάλαι ζηλοτυ-
αὐτῷ νοσῶν τῆς ἱερω-
ἄς τε προσβολὰς τῆς
παρατηρήσας, ἀφορ-
ἐβούλευ τοῦ ἀδελφοῦ
οὐκ ἔννομον πεῖραν
καὶ τῷ Ὀροονδάτῃ
γωνῶν κατεμήνυεν,
ὄρεξιν μόνον, ἀλλ'
ὁ Θύαμις συγγί-
προσεπιψευδόμε-
ιαδίως ὑποπτευθεὶς
Ἀρσάκην προϋπω-
μὲν κατ' οὐδὲν ἠνώ-
τε ἔλεγχον οὐκ ἔχων,

& sacrificia in ingressu celebraret publicè, cùm incidisset in tēplo Isidis Arsace in adolescentē gratiosum, & ætate florentem, atq; etiam in illa panegyri magis cōspicuum & exornatum, oculis illum petiit intemperantibus, & nutibus turpiorum rerū inuolucris. Quæ quidē Thyamis ne paululum quidē ad animū admittebat, cùm natura ad temperantiam idoneus, tum à puero præclarè institutus. Alioqui etiam ea quæ ab illa agebantur, longiùs fuerant petita, quā vt ille suspicari posset: & fortassis aliter quodāmodo fieri existimabat, cū totus esset sacris rebus itentus. Cæterùm frater Petosiris, qui & iampridem illi antistitij dignitatē inuideret, & illecebras Arsaces obseruasset, occasionem ad insidias fratri faciēdas, illius illegitimā solicitationē arripuit. Et Oroondatē clàm accedens, indicauit non illius tantùm cupiditatem, sed insuper, quòd Thyamis iam cum illa pacisceretur: falsò id adiiciēs. Ille autē facilè sibi persuaderi passus est, propter suspicionem quam iam antea de Arsace conceperat: veruntamen molestus illi nō fuit, tum quòd manifestum ...um, quo illam conuincere posset, non haberet:

Arsaces libidinis intemperantia.

Thyamidis castitas & puritas.

Petosiris vnde occasionē ad insidias fratri struendas arripiat apud Oroondatem.

Insidias Petosiridi struit fratris apud virum accusatione.

sumere, insidiarum sibi factarū, & criminum aerariorum quorum cum fratre illam apud Oroondatem insimulasset, & ipsi apud virum illicitæ turpisque cupiditatis suspicionem. & sibi exilium e patria, dolo & insidiis comparasset.

Ad hæc perturbata est tota Memphitarum multitudo, cum & Thyamim cognoscerent, & inopinati illius exilij causam, quam initiò tum cū pelleretur, ignorabant, ex his quæ dicta fuerant, suspicarentur, & verā esse crederent. Arsace autem omnium maximè perturbatione plena erat tanquam procella cogitationū vndiquaq; premebatur. Nam ira contra Petosiridem inflammata, & ad eorum quæ iampridem acciderāt cogitationem animum reuocans, quo pacto illum vlcisci posset, deliberabat: Thyamidem verò aspiciens, & rursus Theagenem, distrahebatur animo, & alternis in cupiditatem erga vtrūque rapiebatur: erga alterum quidem, veterem amorem renouans: erga alterum autem, acrioris adhuc & vehementioris initia flammáſque concipiens, vt neque circūstātes latuerit illa animi anxietas ac sollicitudo.

Arsacem in Petosiridem iram intemperantia distrahitur animus.

καὶ τὴν ἀδικίαν τῶν διαβολῶν ὡς Θυάμιδος πρὸς Ὀροονδάτην, ἑαυτῷ δὲ πρὸς τὸν ἄνδρα ὑποψίας ἐπιθυμίας ἀθεμίτου, καὶ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν ἐπιβεβουλευκὼς τύχοι.

Πρὸς ταῦτα διετετάρακτο μὲν καὶ σύμπασα ἡ Μεμφιτῶν πόλις, τόν τε Θύαμιν ἀναγνωρίζοντες, καὶ τῆς ἀπροσδοκήτου φυγῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, ἣν ἀρχῇ μὲν καὶ ἡνίκα ἐγίγνετο ἠγνόουν, ἐκ δὲ τῶν λεχθέντων δὲ ὑπονοίας τε ἀληθείας εἰς πίστιν. ἡ δὲ Ἀρσάκη τὸ μὲν ἐν ὁ σύμπαντες συνεχύθη τὴν διάνοιαν, καὶ κλύδωνι φροντισμάτων ἀντεστοίχει, θυμοῦ μὲν ἐπὶ τὸν Πετόσιριν πλημμυροῦσα, καὶ πρὸς τὰ πάλαι συμβάντα τὴν διάνοιαν ἀναπεμπάζουσα, ὅπως αὐτὸν τιμωρήσαιτο συνέταττε. τὸν δὲ Θύαμιν ὁρῶσα, καὶ αὖθις τὸν Θεαγένην, διεσπᾶτο τὴν διάνοιαν, καὶ ἐμερίζετο εἰς τὴν πρὸς ἑκάτερον ἐπιθυμίαν, ἔρωτα ἐπ᾽ ἀμφοτέροις, τὸν μὲν ἀνανεουμένη, τὸν δὲ σφοδρότερον ἄρτι τὴν ψυχὴν καταβαλλομένη, ὥστε οὐδὲ τοὺς παρεστηκότας ἔλαθεν ἀδημονοῦσα.

ἀλλὰ μικρὸν δὴ διαλι-
, καὶ ὥσπερ οἱ ἐξ ἐπιλή-
αυτὴν ἀναλαβοῦσα.
λέγω μὲν, ὦ βέλτιστοι ἐ-
νίαν ἐνοσήσατε· πάν-
ν Βησσαηνεῖς, οὐχ ἥκιστα
ς, ἀκμαῖοι καὶ χαρίεν-
τω νεανίαι καὶ εὖ γεγο-
ὡς γινώσκω τε, καὶ εἰ-
πάρεστιν, εἰς προῦπτον
ον, ὑπὲρ λῃστῶν καὶ τού-
υπους καθέντες· οὐδὲ
ὲ πρώτην προσβολὴν,
ις δυνήσειεν, ἀρκέσοντες.
οὕτω τὰ μεγάλου βασι-
σθενήσειεν, ὡς εἰ καὶ τὸν
ην ἀπεῖναι συμβαίνει,
τῶν λειψάνων γοῦν τ
ς στρατιᾶς, ἅπαντας ὑ-
γκλεισθῆναι· ἀλλ' οὐ-
ναι δεῖ τρίβεσθαι τοὺς
, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἐ-
προφάσεως ἰδίας τι-
νος, ἀλλ' οὐ δημοσίας ἐ-
ις, μὴ οὐχὶ καὶ ἰδίᾳ τ
ἰκητικὴν κρίνεσθαι· καὶ πέ-
ι θεῶν τε καὶ δίκης αὐ-
θησομένων ἐνδέχεσθαι.
νιμαι, ἔφη, καὶ προστάττω
ἄλλους Μεμφίτας τε καὶ
ν, ἡσύχους εἶναι, μηδὲ ἀ-
τον ἀλλήλοις ἐπιφέρειν
ι· τοὺς δὲ τῆς προφη-
ἀμφισβητοῦντας, πρὸς

Verumtamen cùm se paruo spatio intermisso, non secus ac ij qui ex morbo sacro redeunt ad sese, recepisset.

Arsaces oratio.

Optimi, inquit, sanè vos ad bellum amentia quædã impulit, cùm omnes Bessaenses, tum vos etiam florentes ætate, & venustos adolescentes, & bono genere natos; qui vos (vt animaduerto, & coniecturam facere licet) in manifestum discrimen pro prædonibus coniecistis: cùm ne primum quidem impetum, si prælium sit committendum, sustinere possitis. Non enim eò angustiæ redactæ sunt regis magni rationes, vt etiamsi satrapam abesse contingat, non à reliquiis exercitus qui est in vrbe omnes vos cingi possitis. Sed nihil attinet, vt existimo, vulgus affligi: præstátq; cùm priuata quorundam iniuria, aduentus sit caussa, non publica, neque communis, priuatim etiam controuersiam componere, & finem qui à diis & æquitate illis designabitur, ratum habere. Aequum igitur mihi esse videtur, & impero, vt reliqui Memphitæ quieti sint, neque sibi vicissim sine caussa bellum inferant. Hi autẽ quibus est de antistitio controuersia, singulari certa-

Petosiridis cum Thyamide litem singulari certamine amborum dirimi iubet Arsace.

mine dimicent, ea conditione, vt victori sacerdotium præmium proponatur.

Hæc cùm Arsace fuisset elocuta, omnes qui erant Memphi, exclamarunt, & ea quæ dicta fuerant, collaudabant: cũ & Petosirim in suspicioné sceleratæ voluntatis & propositi vocarent: & periculum ob oculos positum & imminés, alieno se quisque certamine depulisse lætaretur. Multitudo verò Bessaensium, non vtique decreto contenta esse, neque periculo exponere suum ducem velle videbatur, tamdiu, quoad illis Thyamis, vt assentirentur, persuasit, imbecillas vires Petosiris & inscitiam bellandi exponens: & quòd longè meliore conditione, propter peritiam, prælium ipse initurus esset, eos confirmans. Quod etiam, vt est verisimile, Arsace cogitans, singulare certamen proposuerat: animaduertens fore, vt sine vlla suspicione, id quo animo expetebat, ex illius sententia eueniret: & quòd conueniente modo Petosiris illi daturus esset pœnas, cum Thyamide longè generosiore dimicans. Ibi conspici potuit, vel dicto citius ea quę fuerant imperata perfici,

Bessaensium prædonum fidelitas erga ducẽ suũ.

Callida Arsaces de Petosiride vltio.

ἀλλήλοις μονομαχήσοντας, ἆθλον τῷ νικῶντι προθεῖσα τὴν ἱερωσύνην.

Ταῦτα τῆς Ἀρσάκης εἰπούσης, οἱ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντες ἀνεβόησαν, καὶ τὰ εἰρημένα ἐπῄνουν· ἅμα μὲν εἰς ὑποψίαν μοχθηρᾶς προαιρέσεως καὶ τοῦ Πετοσίριδος κεκινημένοι, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ ὅσον οὔπω προσδοκώμενον κίνδυνον, αὐτός τις ἕκαστος εἰς τὸν δι᾽ ἑτέρων ἀγῶνα διώσασθαι δοκιμάζων. οἱ πολλοὶ δὲ Βησσαέων ἐῴκεσαν οὐκ ἀρεσκομένοις, οὐδὲ ἐκδοῦναι προκινδυνεύειν σφῶν τὸν ἔξαρχον βουλομένοις, ἄχρις ὁ Θύαμις ἔπεισε συγκαταθέσθαι, τό τε ἀσθενὲς καὶ τὴν εἰς πολέμους ἀπειρίαν τοῦ Πετοσίριδος κατειρωνευόμενος, καὶ ὡς ἐκ πολλοῦ τοῦ κρείττονος ἔσται αὐτῷ τὰ τῆς μάχης ἐπιθαρρύνων. ἅπερ, ὡς ἔοικεν, ἡ Ἀρσάκη λαβοῦσα ἐνθυμηθεῖσα τὴν μονομαχίαν προὔθηκεν, ἀνύποπτον ἑαυτῇ κατορθώσεσθαι τὸν σκοπὸν συνορῶσα· καὶ ὡς ὁ Πετόσιρις ἁρμοδίως αὐτῇ δίκην ὑφέξει πρὸς πολλῷ γενναιότερον τὸν Θύαμιν διαγωνιζόμενος. Ἦν οὖν καὶ λόγου θᾶττον ὁρᾶν τὰ τῆς προστάξεως περαινόμενα.

cùm Thyamis omnì studio ad id quod denunciatum fuerat, properaret, ac reliquum armorum quod desiderabatur ad iustam armaturam, alacriter sumeret: Theagene quoque multis modis illi animum addente, & galeam capiti imponente egregiè cristatam, & deaurato fulgore micantem, & reliqua arma firmiter circumligante: Petosiris autem vi, prout imperatum fuerat, extra portas truderetur, multa ad deprecandum certamen clamans, & arma inuitus & coactus capiens. Cùm igitur illum conspexisset Thyamis: Bone, inquit, Theagenes, an non vides, quantopere præ metu tremat Petosiris? Video, inquit. Cæterùm quo modo iis quæ sunt præ manibus, vteris? Neque enim simplex hostis, sed frater tibi obiectus est. Ille autem: Rectè dicis, inquit, & proximè scopũ meę mentis attigisti. Ego verò vincere, annuente deo, nõ interficere decreui. Absit enim, vt tantopere ira & indignatio propter ea quæ antea sum passus, in me efferuescat, vt cum sanguine fratris, & germani cæde atque contaminationẽ vindictam iniuriæ præteritæ, honorem autem

Thyamis ad monomachiam armatur alacriter.

Petosiris trepidatio.

Theagenis & Thyamidis pietas.

...ιμιδ(ος) περιθυμία πά-
...ρόκλησιν ἐπαινοῦντος,
...πόμενα τῶν ὅπλων ἐν
... γινομένων γεγηθότως
...ιβαίνοντος πολλὰ καὶ τοῖς
...οις ἐπιθαρσύνοντος, καὶ
...άνος τῇ κεφαλῇ περι-
..., εὔλοφόν τε καὶ ὑπο-
...μαρμαρυγῇ πυρσούμε-
...ἄλλα τῶν ὅπλων πρὸς
...ῆς διαδέοντος· τοῦ δὲ
...ιδὸς καὶ ὑπ' ἀνάγκης,
...τε ἐκτὸς ἐκ περισά-
...καὶ τῆς Ἀρσάκης ὠθου-
...πολλά τε καὶ εἰς παραί-
...ῶντος, καὶ πρὸς βίαν
...ομένου· θεασάμενος
...ὁ Θύαμις, ὦ γαθέ,
...έγενες, οὐχ ὁρᾷς ὅπως
...πάλλεται ὁ Πετόσι-
..., ἔφη, ἀλλὰ πῶς χρή-
...περικειμένοις; οὐ γὰρ
...πολέμιος, ἀλλὰ καὶ
...ς ὁ ἐναντίος. ὁ δέ,
...ς, εἶπε, καὶ τοῦ σκοποῦ
...ς διανοίας ἐστοχασμέ-
...ἐμοὶ δ' οὖν, θεοῦ νεύον-
...κ ἀποκτεῖναι προῄ-
...μὴ γὰρ οὕτω ποτὲ ὀργὴ
...ς ἐφ' οἷς πέπονθα
...ιεν, ὡς αἵματος ἀυ-
...καὶ φόνου καὶ μιάσματος
...ιου ἀμύνων μὲν ἐ-
...περγάσομαι, τιμὴν δὲ

futurū commutare velim. Generosi hominis verba sunt, inquit Theagenes, & naturę vim egregiè intelligentis. Mihi verò quid vt obseruem imperas? Tū ille Certamen quidem propositum nihil habet periculi, ita vt facilè contemni possit: veruntamen quoniā multa, atque ab opinione hominum aliena sæpius fortunæ humanæ varietas efficit, si victor euasero, vnà ingredieris vrbem, & habitabis mecū æquali iure: sin aliquid præter spem acciderit, Bessaentium istorū, qui tibi magnopere fauent, dux eris, & prædonū vitā ages, donec aliquē finem tui rationibus dexteriorē Deus ostenderit. His ita compositis, cōplectebātur se mutuò cùm lacrymis & osculis. Et hic quidem ibi quo fuerat habitu, sedebat, circumspiciens id quod futurum erat: & Arsacæ præbebat, inscius ipse, occasionem voluptatē capiendi ex suo spectaculo, vndiquaque illum circum spicienti, & oculis tum cupiditate frui permittenti. Thyamis verò ad Petosiridem contendit. Cæterùm ille non sustinuit eius aduentum: sed cū illum se commouisse vidisset, conuersus ad portā, recipere se in vrbē voluit.

Thyamidis generositas.

Multa ab opinione hominum aliena fortunæ humanæ varietas sæpius efficit.

Tyhamis Bessaentes suos Theageni tradit, si quid sibi deterius cōtingeret.

Arsace oculos pascit Theagenis aspectu.

Petosiridis turpis retrocessio.

τινα ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀλλά-
ξαιμι. γενναίου τὸ ῥῆμα, ἔ-
φη ὁ Θεαγένης, καὶ γνωρίζοντος
5 εὖ τὴν φύσιν. ἀλλ' ἐμοὶ δή τι
παραφυλάττειν ἐπιστέλλεις; καὶ
ὅς, ὁ μὲν προκείμενος ἀγὼν
εὐκαταφρόνητος· ἀλλ' ἐπειδὴ
10 πολλὰ καὶ παράδοξα πολλάκις
αἱ κατ' ἀνθρώπους τύχαι και-
νουργοῦσιν, εἰ μὲν ἐγκρατοίημι,
συνεισελεύσῃ τε εἰς τὸ ἄστυ, καὶ
15 συνοικήσεις ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις.
εἰ δέ τι τῶν παρ' ἐλπίδας ἀπο-
βαίνοι, Βησσαέων ἡγήσῃ τού-
των, εὔνοιαν πρός σε πολλὴν
20 ἐχόντων· καὶ τὸν λῃστρικὸν δια-
θλήσεις βίον, ἕως ἄν τι τέλος
τῶν κατὰ σὲ δεξιώτερον ὑπο-
φήνῃ Θεός. ἐπὶ τούτοις ἠσπά-
25 ζοντό τε ἀλλήλους σὺν δάκρυ-
σιν ἅμα καὶ φιλήμασι. καὶ ὁ μὲν
αὐτοῦ καθῆστο ὡς εἶχε προσκο-
πῶν τὸ μέλλον. καὶ τῇ Ἀρσά-
30 κῃ παρεῖχεν οὐκ εἰδὼς ἐντρυ-
φᾶν αὐτοῦ τῇ θέᾳ, πανταχόθεν
αὐτὸν περισκοπούσῃ, καὶ τοῖς
ὀφθαλμοῖς τέως ἀπολαύειν
35 τῆς ἐπιθυμίας ἐπιτρεπούσῃ. ὁ
δὲ Θύαμις ἐπὶ τὸν Πετόσιριν
ὥρμησεν. οὐ μὴν ὑπέστη γ' ἐ-
κεῖνος τὴν ἔφοδον. ἀλλὰ
παρὰ τὴν πρώτην κίνησιν στρα-
40 φεὶς ἐπὶ τὰς πύλας εἰσφρῆσαι
εἰς τὸ ἄστυ προθυμούμενος.
ἀλλ'

Sed nihil proficiebat, cùm ab iis qui ad portas stabant, reiiceretur: & hi qui erant in muro, ad quam partem cursum direxisset, ne à quoquam reciperetur, adhortarentur. Fugiebat igitur quanta celeritate potuit, in circuitu vrbis iam & abiectis armis. Currebat autem vnà quoque à tergo Theagenes, propter Thyamidem sollicitus, & & non continens sese quin videret omnia quæ fiebant: verùm non armatus, ne veniret in suspicionem, quòd Thyamidi esset opem laturus: sed ad eam partem muri, ad quam consederat, in conspectu Arsaces, scutum & hastam deponens, & spectanda illi rursus pro se exhibens, sequebatur illorum cursum: neque adhuc Petosiride capto, neque longè præcurrente, sed iamiam comprehendendo simili, & tantum catenus effugiente, quatenus consentaneum fuerat armatū Thyamim à tergo inermis relinqui. Semel igitur atque iterum ita decurrerunt circa murum.

Sed quando tertium orbē conficiebant, iam hastam Thyamide dorso fratris intentāte, & manere, nisi vulnꝰ accipere mallet, iubēte, ciuitate

A ciuibus suis expulsio.

Fuga eiusdē.

Theagenes de Thyamide sollicitus.

ὐϛ τε ὐδὲν, ὑπὸ τ͂ ἐφε-
ταῖς πύλαις ἀποκρουό-
καὶ τῆ ἐπὶ τῦ τείχοις
ιδέχεϑζ καθὸ μέρος ὁρ-
ἐπικελδομϑύων. ἀπε-
ε δή τε ὡς εἶχε τά-
ι τ͂ κύκλον τ͂ ἄστεος, ἤδη
λα ἀποβαλών. συμπα-
καΊόπιν ἡ ὁ Θεαγένης,
νιῶν τε τῦ Θυάμιδος,
ομϑύων μὴ πάντα ὁρᾶν,
ιν' ὐ μίω ἐνοπλος γε, τῦ
λαϐεῖν ὑπόνοιαν ὡς
ιμιδι τ͂ ἔργου συνεργα-
, ἀλλ' ἔνθα καθῆστο τῦ
ὑπ' ὄψει τ͂ Ἀρσάκης
καὶ τὸ δόρυ καταθέ-
ταῦτα πεισκοπεῖν αὐ.
ιν ἀνθ' ἑαυτῦ παρα-
συμπαρωμάρτει τοῖς
, ὔτε ἁλισκομένου τῦ
ιδος, οὔτε κατὰ πολὺ
ϑάνοντος, ἀλλ' ἀεὶ
ϑύῳ προσεοικότος, ἡ
ν ὑπεκφεύγοντος, ὅσον
τῦ ἀνόπλου καθυστερεῖν
ινον τὸν Θύαμιν. Εἰς
ᾧ οὖν ἡ δεύτερον οὕτω
ταν τὸ τεῖχος·
τὸ ϛ́ίτος αὐτοῖς ἠνύετο
, ἤδη τὸ δόρυ τῦ Θυά-
ιπὰ τ͂ μεΊαφρένων τ' ἀ-
κατασείοντος, ἡ μένειν
ἴδῃ διαπειλοῦντος,

ciuitatē autem, tanquam ex theatro, iudice & arbitra spectaculi constituta: tunc sanè seu numen, seu fortuna quædā, gubernans res humanas, noua accessione tanquā in tragœdia auxit ea quę agebātur, quasi æmulatione quadā initium alterius fabulæ afferens: & Calasiridem die ac hora illa tanquam ex composito, socium cursus, & infelicem spectatorem certaminis liberorum de vita, constituit. Qui etsi multa perpessus fuerat, & multa tentauerat, exilióq; se & secessu in peregrinas terras mulctauerat, vt tam crudele spectaculū euitare posset: tamen fato victus, videre ea quæ illi iampridem Dij oraculo prædixerant, coactus est. Et è longinquo cursum & insectationem prospiciens, ex iis quæ illi sæpius prædicta fuerant, filios suos esse intellexit: intensiorı́q; cursu, quàm alioqui ætas patiebatur, anteuertere illorum vltimam manuum consertionem conatus est, etiam vim faciens senectuti.

Calasiris superuenit certamini filiorum.

Postquam igitur superuenit, & propius iam vnà currebat: Quid hoc sibi vult, ô Thyami & Petosiri? continuè vociferabatur: quid malùm hoc amentiæ est, filij? sæpius inclamabat.

Calasiridis verba ad filios.

ἡ πόλις δὲ ὡς ἐκ θεάτρου περιεστῶσα τοῦ τείχους ἠθλοθέτει τὴν θέαν· τότε δήπως εἴτε δαιμόνιον, εἴτε τύχη τις τ' ἀνθρώπεια βραβεύουσα, καινὸν ἐπεισόδιον ἐπετραγῴδει τοῖς δρωμένοις, ὥσπερ εἰς ἀνταγώνισμα δράματος ἀρχὴν ἄλλου παρεισφέρουσα, καὶ τὸν Καλάσιριν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν ἐκείνην, ὥσπερ ἐκ μηχανῆς συνδρομόν τε καὶ οὐκ εὐτυχῆ θεωρὸν τοῦ περὶ ψυχῆς ἀγῶνι τῶν παίδων ἐφίστησι· πολλὰ μὲν ἀνατλάντα καὶ πάντα μηχανησάμενον, φυγάς τε ἑαυτοῦ καὶ ἄλας ξενικὰς ἐπιβαλόντα, εἴπως ἐκκλίνειε τὴν οὕτως ἀπηνῆ θέαν, ἐκνικηθέντα δὲ ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, καὶ ἰδεῖν ἃ πάλαι αὐτῷ οἱ θεοὶ προεθέσπισαν συνελαθέντα· πόρρωθεν μὲν τὰ τῆς διώξεως κατοπτεύσαντα, ἐκ δὲ τῶν πολλάκις προρρηθέντων τοὺς παῖδας εἶναι τοὺς αὐτοῦ συννοήσαντα, καὶ συντονωτέροις ἢ καθ' ἡλικίαν δρόμοις ὅπως φθαίη τὸ τέλος αὐτῶν συμπλοκὴν, καὶ τὸ γῆρας βιασάμενον.

Ὡς δ' οὖν ἐπέστη, καὶ πλησίον ἤδη συμπαρέθει, Τί ταῦτα, ὦ Θύαμι καὶ Πετόσιρι; συνεχῶς ἐβόα. τί ταῦτα παῖδες; ἀνεκάλει πολλάκις.

αἰδ

δέπω τ̃ πατρῴαν γνω-
ὄψιν, τὸ μ̃ ἔτι τοῖς
οῖς ἠμφιεσμένοι ῥάκεσιν,
ὅλοι τ̃ ἀγωνίας ὄντες, 5
τ̃ ἀγύρτην ἢ καὶ ἄλλως
ἴτων παράμειβον. τ̃ δὲ
τείχους, οἱ μ̃ ἐθαύμα-
ἀφειδοῦντα αὐτοῦ καὶ εἰς 10
ς ἐμβάλλοντα· οἱ δ' ὡς
λῆγα καὶ μάτην φερόμε-
λων. ἀλλ' ὅτε συνεὶς ὁ
ύτης ὑπὸ τῆς εὐτελείας 15
ματ@ ἑαυτὸν οὐ γνωρι-
ον, ἐγυμνώθη μ̃ τ̃ ἐπιβε-
ίων ῥακῶν, τὴν δ' ἱερὰν
ἄδετον οὖσαν καθῆκε, καὶ 20
τ' ὤμων φορτίον, καὶ τὴν
σὶ βακτηρίαν ἀπορρίψας,
τὰ πρόσωπον, καὶ ὤφθη
ς τε καὶ ἱεροπρεπὴς, ὑ- 25
ασέ τε ἠρέμα, καὶ τὰς χεῖ-
ἱκετηρίαν προτείνας, σὺ
, σὺν δάκρυσιν ἀνωλό-
,υτ@ ἐγὼ Καλάσιρις. ὑ- 30
ἐγὼ πατὴρ ὁ ὑμέτερ@·
ῆτε, καὶ τ̃ ἐκ μοιρῶν μα-
ίσατε, τὸν φύντα καὶ ὑ-
ς καὶ αἰδεσθέντες. 35
Τότε οἱ μ̃ παρεῖθη-
καὶ κατενεχθῆναι μι-
ἐπολιπόντες, προσπτ-
ίμφω τῷ πατρὶ, καὶ τοῖς 40
π προσφύντες, προσ-
ἀτενέστερον ἐνορῶντες

Illi autem cùm nōdum patris vultum agnoscerent, adhuc mendicorum pannis vestiti, & ipsorum animus totus esset in certamine, tanquam aliquē circulatorem, aut alioqui non satis mentis compotē, præteribant. Ex iis verò qui erant in muro, nō nemo mirabatur, quòd sibi non parceret, & inter digladiantes sese coniiceret: aliqui verò tanquam amentem, & frustrà sese medium inferentem ridebant. Cùm igitur senex intellexisset, se propter vilitatem habitus non agnosci, deiecit pānos quibus desuper erat indutus, & sacram comam cùm non esset religata, promisit, ac onere quod gerebat in humeris, cum baculo quem habebat in manibus abiecto, stetit aduersus, & facie ipsis patuit, veneranda ac pontifice digna, sensímque se curuauit, & manus supplices protendēs, lacrymis obortis, eiulando insit: O filij, en ego sum Calasiris, en ego sū vester pater. Hîc iam cōsistite: & furorē, qui malo fato exortus est, cōpescite, cū patrē & habeatis, & revereri debeatis.

Calasiris neglectus.

Calasiris in vilibus pannis nō agnitus, se agnoscendum dat.

Calasiridis lacrymæ & iterata oratio.

Iam tum languebant, tantúmq; nō collapsi, prouoluti sunt ad genua patris, & amplexi, primùm defixis oculis intuebantur,

exa

tum quòd reuerentia generis regij, etiam si quid suspicabatur, tolerandum, & premendũ esse putaret. Ceterùm Thyamidi palàm denunciare, & minari mortem non priùs destitit, quàm illum in exilium pepulit, & fratrem eis Petosiridem in antistitij dignitate collocauit. Sed hæc quidem temporibus quæ præcesserant, acciderunt.

Thyamis in exilium pulsus; Petosiris antistitij dignitate potitur.

Tum autem Arsace, cùm multitudo ad illius domicilia confluxisset, aduentúmque hostium, quod & illa præsenserat, nunciaret, & vt imperaret conuenire milites qui essent, peteret: non ita se facilè id permissuram dixit, cùm nondum quantæ sint hostium copiæ, aut qui sint hostes, aut vnde, sciret: ad hæc ne causam quidẽ, propter quam venerint, cognouisset. Oportere igitur vsque ad muros priùs transcendere, & illinc omnibus rebus conspectis, aliisque insuper collectis ad ea quæ fieri posse, & conducere videbuntur, aggredi.

Arsaces imperata.

Rectè dixisse visa est: cõtẽderúntque inde rectà ad murum. Ibi cùm tabernaculum purpureis, auróque intextis, intentũ velis, Arsaces iussu collocatũ esset,

Ipsa ad muros tendit, & Theagenẽ cum Thyami de accersi prope muros iubet, ad colloquium.

καὶ ἅμα φόβῳ καὶ αἰδοῖ τῇ περὶ τὸ βασίλειον γένος, εἴ τι καὶ ὑπώπτευεν, ἀνέχεσθαι βιαζόμενος. τῷ μέντοι γε Θυάμιδι θάνατον ἐκ περιῤῥήσεως συνεχῶς διαπειλῶν, καὶ προσανῆκεν, ἄχρις οὗ τὸν μὲν ἐφυγάδευσε, τὸν Πετόσιριν δὲ εἰς τὴν προφητείαν ἐγκατέστησεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν χρόνοις ἐγεγόνει προτέροις.

Τότε δ᾽ οὖν ἡ Ἀρσάκη τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν οἴκησιν αὐτῆς συῤῥυέντος, καὶ τήν τε ἔφοδον τῶν ἐναντίων δηλοῦντος, ἣν καὶ αὐτὴ προῄσθητο μὲν, καὶ τοῖς οὖσι τῶν στρατιωτῶν ἐπιτρέψαι συνεξελθεῖν αὐτοῖς αἰτοῦντος, οὐκ ἄν, ἔφη [ταῦτα] προχείρως οὕτως ἐπιτρέψειν, οὔπω μὲν τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων ὅσον, οὔπω δὲ οἵ τινες εἰσὶν ἢ πόθεν εἰδυῖα· καὶ πρός γε, οὐδὲ τὴν πρόφασιν δι᾽ ἣν ἐπεληλύθασι γινώσκουσα. χρῆναι οὖν ἄχρι τῶν τειχῶν διαβῆναι πρότερον, καὶ ἅπαντα ἐκεῖθεν κατοπτεύσαντας, καὶ ἄλλους συλλαβόντας, οὕτω τοῖς δυνατοῖς καὶ λυσιτελοῦσιν ἐπιχειρεῖν.

Ἐδόκει καλῶς εἰρῆσθαι· καὶ ὥρμησαν ὡς εἶχον ἐπὶ τὸ τεῖχος. ἔνθα σκηνὴν ὑπὸ ἁλουργοῖς καὶ χρυσοϋφέσι παραπετάσμασιν ἐκ προστάγματος ἡ Ἀρσάκη πηξαμένη, πολυ-

τελῶς

τὲ αὐτὴν κ[...]καλλωπίσασα, [...]ήλιος καθέδρας [...]σα, τούς τε σωματοφύλα-[...]πλοις [...]ὑποχρύσοις πε-[...]κα, κηρύκειόν τε εἰς [...] διαλέξεων σύμβολον [...]ξασα, τοὺς [...]πρώτους καὶ [...]υς τῶν ἐναντίων, πλησίον [...] τείχους [...].

[...] ὁ Θύαμις καὶ ὁ Θεαγέ-[...]εθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους, [...]το καὶ ἔστησαν ὑπὸ τῷ [...] τὰ μὲν ἄλλα ὡπλισμένοι, [...] τῆς κράνους, ὁ κῆρυξ τά-[...]ν, Ἀρσάκη λέγει πρὸς ὑ-[...]ροονδάτου μὲν τοῦ πρώτου [...]τοῦ γυνή, μεγάλου δὲ βα-[...]ἀδελφή· τί βουλόμενοι καὶ [...]ντες, ἢ τίνα αἰτίαν ἐπα-[...] τὴν ἔφοδον ἐτολμήσατε; οἱ [...] μὲν πλῆθος εἶναι Βησσαέων [...]γαντο· ἑαυτὸν δὲ ὁ Θύαμις [...], καὶ ὅτι παρανομηθεὶς [...] τοῦ ἀδελφοῦ Πετοσίριδος [...]ονδάτου, τῆς τε προφητείας [...]ουλῆς ἀφαιρεθεὶς, ἐπὶ [...] ὑπὸ Βησσαέων κατά-[...] εἰ μὲν ἀπολαμβάνοι τὴν [...]ην, εἰρήνην τε εἶναι, καὶ [...] εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανή-[...]ειν κατ' οὐδὲν λυμηνα-[...]ι δὲ μὴ, πολέμῳ κριτῇ καὶ τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέψειν. χρῆναι δὲ καὶ [...]ω εἴπερ τι διανοεῖται τῶν προσηκόντων, εἰς καιρὸν τῆς εἰς [...]ἐπιβουλῆς ἐκ Πετοσίριδος τὴν ἄμυναν εἰσπράττεσθαι

ipsaq; sumptuosè exornata venisset, pro tribunali editiori cōsidēs, collocatis circa se satellitibus, in armis auro fulgentib. & caduceo prolato, tāquā colloquij pacificatorij symbolo, primos & pręcipuos ex hostib. propius ad murū venire iussit.

Caduceus prolatus pro colloquij pacificatorij symbolo.

Postquā autē Thyamis, & Theagenes electi à multitudine venerunt, & sub muro cōstiterūt, reliquo corpore armati, cæterū aperto capite, præco hæc dicebat: Arsace Oroondatis primi satrapæ vxor, soror autē magni regis, quærit ex vobis, qui sitis, quóve animo, & qua da causa huc venire ausi. Illi autē, multitudinē quidē Bessaensiū esse respōderūt. De se verò Thyamis, quis esset, exposuit, & quòd iniuria affect[us] à fratre Petosiride, ac Oroondate, & antistitio per insidias priuatus, in pristinā dignitatē à Bessaēsib. reduceretur. Quòd si sacerdotiū recuperauerit, pacē esse, & Bessaēses domū reuersuros nullo ōio dāno illato: sin min[us], bello se iudici & armis rē cōmittere statuisse. meritò autē debere & Arsacē, si quid cogitet eorū quæ fieri oporteat, opportunè de Petosiride pœnas

Arsace per præconem interrogat Thyamidē.

Thyamis negotium suū exponit & mentem.

Insidias Petosiridis & falsam Arsaces apud virum accusationē.

sumere, insidiarum sibi factarū, & criminum nefariorum quorum cùm falsò illam apud Oroondatem insimulasset, & ipsi apud virum illicitæ turpisque cupiditatis suspicionem, & sibi exilium è patria, dolo & insidiis comparasset.

Ad hæc perturbata est tota Memphitarum multitudo, cùm & Thyamim cognoscerent, & inopnati illius exilij causam, quam initiò tum cū pelleretur, ignorabant, ex his quæ dicta fuerant, suspicarentur, & verā esse crederent. Arsace autem omnium maximè perturbatione plena erat tanquam procella cogitationū vndiquaq; premebatur. Nam ira contra Petosiridem inflammata, & ad eorum quæ iampridem acciderāt cogitationem animum reuocans, quo pacto illum vlcisci posset, deliberabat: Thyamidem verò aspiciens, & rursus Theagenem, distrahebatur animo, & alternis in cupiditatem erga vtrūque rapiebatur: erga alterum quidem, veterem amorem renouans: erga alterum autem, acrioris adhuc & vehementioris initia flammásque concipiens, vt neque circūstātes latuerit illa animi anxietas ac sollicitudo.

Arsaces in varias partes præ intemperantia distractus animus.

καὶ τὴν ἀθεμίτων διαβολῶν, ἃς ψευδῶς πρὸς Ὀροονδάτην ποιησάμενος, ἐκείνην μὲν πρὸς τὸν ἄνδρα παρανόμου καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ὑποψίαν, αὐτὸν δὲ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος φυγὴν ἐπιβεβουλευκὼς τυγχάνοι.

Πρὸς ταῦτα διετετάρακτο μὲν καὶ σύμπαν τὸ Μεμφιτῶν πλῆθος, τόν τε Θύαμιν ἀναγνωρίζοντες, καὶ τῆς ἀπροσδοκήτου φυγῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, ἐν ἀρχῇ μὲν καὶ ἡνίκα ἐγίνετο ἀγνοήσαντες, ἐκ δὲ τῶν λεχθέντων δι' ὑποψίας τε ἄγοντες, καὶ ἀλήθειαν εἶναι πιστεύοντες. ἡ δὲ Ἀρσάκη πλέον ἢ σύμπαντες συνεχύθη τὴν διάνοιαν, καὶ κλύδωνι φροντισμάτων συνείχετο, θυμοῦ μὲν ἐπὶ τὸν Πετόσιριν πληρουμένη, καὶ πρὸς τὰ πάλαι συμβάντα τὴν διάνοιαν ἀναπεμπάζουσα, ὅπως αὐτὸν τιμωρήσαιτο συνέταττε. τὸν δὲ Θύαμιν ὁρῶσα, καὶ αὖθις τὸν Θεαγένην, διεσπᾶτο τὴν διάνοιαν, καὶ ἐμερίζετο εἰς τὴν πρὸς ἑκάτερον ἐπιθυμίαν, ἔρωτα ἐπ' ἀμφοτέροις, τὸν μὲν ἀνανεουμένη, τὸν δὲ δριμύτερον ἄρτι τὴν ψυχὴν καταβαλλομένη, ὥστε οὐδὲ τοὺς παρεστηκότας ἔλαθεν ἀδημονοῦσα.

ἀλλὰ μικρὸν δὴ διαλι-
, καὶ ὥσπερ οἱ ἐξ ἐπιλή-
ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα.
λέγων μὲν, ὦ βέλτιστοι ἐ-
νίαν ἐνοσήσατε· πάν-
μ Βησσαεῖς, οὐχ ἥκιστα
ς, ἀκμαῖοι καὶ χαρίεν-
τω νεανίαι καὶ εὖ γεγο-
ὡς γινώσκω τε, καὶ εἰ-
πάρεστιν, εἰς προὖπτον
ονὶ ὑπὲρ λῃστῶν καὶ παν-
υποὺς καθῶτες· οὐδὲ
 πρώτην προσβολὴν,
νς δεήσειεν, ἀρκέσοντες.
ὕτω τὰ μεγάλου βασι-
λεύσειεν, ὡς εἰ καὶ τὸν
την ἀπεῖναι συμβαίνει,
τῶν λειψάνων γοῦν τ
 στρατιᾶς, ἅπαντας ὑ-
γκυκλωθῆναι· ἀλλ' οὔ-
αι δεῖ τρίβεσθαι τοὺς
, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἰ-
προφάσεως ἰδίας τι-
νὸς, ἀλλ' οὐ δημοσίας ὄ-
ς, μὴ οὐχὶ καὶ ἰδίᾳ
ήτησιν κρίνεσθαι· καὶ πέ-
ι θεῶν τε καὶ δίκης αὐ-
θησομένων ἐνδέχεσθαι.
ιμαι, ἔφη, καὶ προστάττω
λλους Μεμφίτας τε καὶ
, ἡσύχους εἶναι, μηδὲ ἀ-
τον ἀλλήλοις ἐπιφέρειν
· τοὺς δὲ τῆς προφη-
φισβητοῦντας, πρὸς

Verumtamen cùm se paruo spatio intermisso, non secus ac ij qui ex morbo sacro redeunt ad sese, recepisset.

Optimi, inquit, sanè vos ad bellum amentia quædã impulit, cùm omnes Bessaenses, tum vos etiam florentes ætate, & venustos adolescentes, & bono genere natos: qui vos (vt animaduerto, & coniecturam facere licet) in manifestum discrimen pro prædonibus coniecistis: cùm ne primum quidem impetum, si prælium sit committendum, sustinere possitis. Non enim eò angustiæ redactæ sunt regis magni rationes, vt etiamsi satrapam abesse contingat, non à reliquiis exercitus qui est in vrbe omnes vos cingi possitis. Sed nihil attinet, vt existimo, vulgus affligi: præstátq; cùm priuata quorundam iniuria, aduentus sit caussa, non publica, neque communis, priuatim etiam controuersiam componere, & finem qui à diis & æquitate illis designabitur, ratum habere. Aequum igitur mihi esse videtur, & impero, vt reliqui Memphitæ quieti sint, neque sibi vicissim sine caussa bellum inferant. Hi autẽ quibus est de antistitio controuersia, singulari certa-

Arsaces oratio.

Petosiridis cum Thyamide litem singulari certamine amborum dirimi iubet Arsace.

mine dimicent, ea condi-
tione, vt victori ſacerdo-
tium præmium proponatur.

Hæc cùm Arſace fuiſſet eloCuta, omnes qui erant Memphi, exclamarunt, & ea quæ dicta fuerant, collaudabant: cū & Petoſirim in ſuſpicioné ſceleratæ voluntatis & propoſiti vocarent: & periculum ob oculos poſitum & imminés, alieno ſe quiſque certamine depuliſſe lætaretur.

Beſſaenſium populi fidelitas erga ducē ſuū.

Multitudo verò Beſſaenſium, non vtique decreto contenta eſſe, neque periculo exponere ſuum ducem velle videbatur, tamdiu, quoad illis Thyamis, vt aſſentirentur, perſuaſit, imbecillas vires Petoſiris & inſcitiam bellandi exponens:& quòd longè meliore conditione, propter peritiam, prælium ipſe initurus eſſet, eos confirmans. Quod etiam, vt eſt veriſimile, Arſace cogitans, ſingulare certamen propoſuerat: animaduertens fore, vt ſine vlla ſuſpicione, id quo animo expetebat, ex illius ſententia eueniret:& quòd conueniente modo Petoſiris illi daturus

Callida Arſaces de Petoſiride vltio.

eſſet pœnas, cum Thyamide longè generoſiore dimicans. Ibi conſpici potuit, vel dicto citius ea quę fuerant imperata perfici,

ἀλλήλοις μονομαχήσαντας, ἐπι-
τεθῆναι τῷ νικῶντι προσθήκην
τὴν ἱερωσύνην.

Ταῦτα τῆς Ἀρσάκης εἰπούσης, 5
οἱ μὲν κατὰ τὴν Μέμφιν ἅπαντες
ἀνεβόησαν, καὶ τὸ εἰρημένον ἐ-
πῄνεσαν· ἅμα μὲν εἰς ὑποψίαν
μεγίστας προαιρέσεως καὶ 10
τοῦ Πετοσίριδος κεκινημένοι,
ἅμα δὲ καὶ τὸν ἐν ὀφθαλμοῖς
καὶ ὄντα οὔπω προσδοκώμενον
κίνδυνον, αὐτός τις ἕκαστος 15
εἰς τὸν δι' ἑτέρων ἀγῶνα δια-
σώζειν δοκιμάζων. οἱ πολλοὶ δὲ
Βησσαέων ἐῴκεσαν οὐκ ἀρεσκο-
μένοις, οὐδὲ ἐνδοῦναι προκιν- 20
δυνεύειν σφῶν τὸν ἔξαρχον βου-
λομένοις, ἄχρις ὁ Θύαμις ἀ-
νέπεισε συγκαταθέσθαι, τὸ πά-
σθενὲς καὶ τὴν εἰς πολέμους ἀπει- 25
ρίαν τοῦ Πετοσίριδος καταμα-
θών, καὶ ὡς ἐκ πολλοῦ τοῦ κρεί-
ττονος ἔσοιτο αὐτῷ τὰ τῆς μάχης
ἐπιθαρρύνων. ἀτὰρ, ὡς ἔοικε, καὶ 30
ἡ Ἀρσάκη λαβοῦσα ἐνθύμιον
τὴν μονομαχίαν προὔθηκεν,
ἀνύποπτον ἑαυτῇ κατορθωθή-
σεσθαι τὸν σκοπὸν συνορῶσα· 35
καὶ ὡς ὁ Πετόσιρις ἀμφο-
τέρως αὐτῇ δίκην ὑφέξει πρὸς
πολλῷ γενναιότερον τὸν Θύα-
μιν διαγωνιζόμενος. Ἦν 40
οὖν καὶ λόγου θᾶττον ὁρᾶν τὰ
τῆς προστάξεως περαινόμενα.

τῇ

...θοῦσα ἐν ὁμοίαις ταῖς χρεί-
...ς, οὐκ οἶδα εἰ καὶ νῦν ἔξω
...κατορθοῦσαν. ὁ γάρ τοι πόλε-
μος ὁ πρὸ τῶν τειχῶν τήμερον,
ὀλίγου μὲν συγκροτηθεὶς ἀθρόον
δὲ καταλυθεὶς, τοῖς μὲν ἄλ-
λοις ἀναίμακτος ἀπεφάνθη,
καὶ εἰς εἰρήνην κατέστρεψεν· ἐ-
μοὶ δὲ ἀρχή τις ἀληθεστέρου
πολέμου, καὶ τραῦμα οὐ μέ-
ρους μόνον ἢ μέλους, ἀλλὰ
καὶ ψυχῆς αὐτῆς γέγονε, τὸν
ξένον ἐκεῖνον νεανίαν, τὸν
τῷ Θυάμιδι κατὰ τὴν μονο-
μαχίαν παραθέοντα, οὐκ εὐτυ-
χῶς ἐπιδείξας. οἶσθα που πάν-
τως, ὦ μῆτερ, ὃν λέγω· οὐ γὰρ μι-
κρῷ τῷ μέσῳ τοὺς ἄλλους τῷ
κάλλει κατήστραπτεν, οὐδ' ὥστε καὶ
ἄγροικόν τινα λαθεῖν καὶ τῶν
καλῶν ἀνέραστον, μή τοι γε δὴ
σὲ καὶ τὴν σὴν πολυπειρίαν.
ὥστε, ὦ φιλτάτη, τὸ μὲν βέλος
τοὐμὸν ἔγνωκας· ὥρα δέ σοι κι-
νεῖν πᾶσαν μηχανὴν, πᾶσαν
πρεσβυτικὴν ἴυγγα καὶ αἱμυ-
λίαν, εἴπερ δὴ βούλει σοι πε-
ριεῖναι τὴν τροφίμην· ὡς οὐκ
ἔστιν ὅπως βιώσομαι, μὴ πάν-
τως ἐκείνου τυγχάνουσα.

Γινώσκω, ἔφη, τὸν νεανίαν, ἡ
γραῦς. εὐρύς τις ἦν τὰ στέρνα καὶ
τοὺς ὤμους, καὶ τὸν αὐχένα ὄρθιον
καὶ ἐλεύθερον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους

& sæpe, sim à te in similibus casibus affecta, haud scio an nunc sis eadem felicitate rẽ gestura. Bellum enim quod ad muros hodie propemodum commissum fuerat, aliis quidem incruentum fuit, & in pacem desiit: mihi verò initium verioris belli, & vulnus non partis tantùm alicuius, aut membri, sed etiam ipsius animæ extitit: cùm peregrinum illum adolescentem, qui iuxta Thyamim sub monomachiæ tempus currebat, infeliciter mihi ostendisset. Scis omnino, mater, quem dicam. Neque enim paruo interuallo, reliquorum formam sua, tanquam fulgore quodam, obruebat: adeò vt neque agrestem quéquam, & prorsus ab amore pulchritudinis alienum id latuerit, nedum tuam multiplicem sapiétiam latere possit. Quãobrem charissima, cùm vulnus meum cognoueris, tempus est vt omnem admoueas machinam, omnẽ anilẽ fascinũ, & blanditias, siquidẽ tuã alumnã superstitem esse volueris. Neque enim est vlla ratio quę me possit in vita retinere, nisi omnino illo potita fuero.

Arsace suo amores aperit.

Theagenis forma.

Noui, inquit anus, adolecẽtẽ. Lato fuit pectore, & latis humeris, collo erecto & ingenuo supra cæteros

Theagen descriptio.

futurũ commutare velim. Generosi hominis verba sunt, inquit Theagenes, & naturę vim egregiè intelligentis. Mihi verò quid vt obseruem imperas? Tũ ille Certamen quidem propopositum nihil habet periculi, ita vt facilè contemni possit: veruntamen quoniã multa, atque ab opinione hominum aliena sæpius fortunæ humanæ varietas efficit, si victor euasero, vnà ingredieris vrbem, & habitabis mecũ æquali iure: sin aliquid præter spem acciderit, Bessaentium istorũ, qui tibi magnopere fauent, dux eris, & prædonũ vitã ages, donec aliquẽ finem tui rationibus dexteriorẽ Deus ostenderit. His ita compositis, cõplectebãtur se mutuò cũm lacrymis & osculis. Et hic quidem ibi quo fuerat habitu, sedebat, circumspiciens id quod futurum erat: & Arsacæ præbebat, inscius ipse, occasionem voluptatẽ capiendi ex suo spectaculo, vndiquaque illum circum spicienti, & oculis tum cupiditate frui permittenti. Thyamis verò ad Petosiridem contendit. Cæterùm ille non sustinuit eius aduentum: sed cũ illum se commouisse vidisset, conuersus ad portã, recipere se in vrbẽ voluit.

Thyamidis generositas.

Multa ab opinione hominum aliena fortunæ humanæ varietas sæpius efficit.

Tyhamis Bessaenses suos Theageni tradit, si quid sibi deterius cõtingeret.

Arsace oculos pascit Theagenis aspectu.

Petosiridis turpis retrocessio.

τινα ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀλλά-
ξαιμι. γενναίου τὸ ῥῆμα, ἔ-
φη ὁ Θεαγένης, καὶ γνωρίζοντος
5 εὖ τὴν φύσιν. ἀλλ' ἐμοὶ δὴ τί ποτε
παραφυλάττειν ἐπιστέλλεις; καὶ
ὅς, ὁ μὲν προκείμενος ἀγὼν
εὐκαταφρόνητος· ἀλλ' ἐπειδὴ
10 πολλὰ καὶ παράδοξα πολλάκις
αἱ κατ' ἀνθρώπους τύχαι και-
νουργοῦσιν, εἰ μὲν ἐγκρατοίημεν,
συνεισελεύσῃ τε εἰς τὸ ἄστυ, καὶ
15 συνοικήσεις ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις.
εἰ δέ τι τῶν παρ' ἐλπίδας ἀπο-
βαίνοι, Βησσαέων ἡγήσῃ τού-
των, εὐνοίας πρός σε πολλὴν
20 ἐχόντων· καὶ τὸν λῃστρικὸν δια-
θλήσεις βίον, ἕως ἄν τι τέλος
τῶν κατὰ σὲ δεξιώτερον ἀπο-
φήνῃ θεός. ἐπὶ τούτοις ἠσπά-
25 ζοντό τε ἀλλήλοις σὺν δάκρυ-
σιν ἅμα καὶ φιλήμασι. καὶ ὁ μὲν
αὐτοῦ καθῆστο ὡς εἶχε περισκο-
πῶν τὸ μέλλον. καὶ τῇ Ἀρσά-
30 κῃ παρεῖχεν οὐκ εἰδὼς ἐντρυ-
φᾶν αὐτοῦ τῇ θέᾳ, πάντοθεν
αὐτὸν περισκοπούσῃ, καὶ τοῖς
ὀφθαλμοῖς τέως ἀπολαύειν
35 τῆς ἐπιθυμίας ἐπιτρεπούσῃ. ὁ
δὲ Θύαμις ἐπὶ τὸν Πετόσιριν
ὥρμησεν. οὐ μὴν ὑπέστη γε ἐ-
κεῖνος τὴν ἔφοδον. ἀλλὰ
παρὰ τὴν πρώτην κίνησιν στρα-
40 φεὶς ἐπὶ τὰς πύλας εἰσφρῆσαι
εἰς τὸ ἄστυ προθυμούμενος.
ἀλλ'

ι᾽νύε τε ὐδὲν, ὑπὸ τ᾽ ἐφε-
ν ταῖς πύλαις ἀποκρουό-
-, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ τείχους
ἐφιδέχεδζ καθὸ μέρος ὁρ-
ν ἐπικελδομένων. ἀπε-
σκε δή τε ὡς εἶχε τά-
ερὶ τ᾽ κύκλον τ᾽ ἄστεος, ἤδη
ὅπλα ἀποβαλών. συμπα-
ʒ καὶ ὅπιν καὶ ὁ Θεαγένης,
μονιῶν τε τῷ Θυάμιδος,
κνομένων μὴ πάντα ὁρᾶν,
σων᾽ ὐ μὴν ἔνοπλος γε, τῷ
να λαβεῖν ὑπόνοιαν ὡς
υάμιδι τ᾽ ἔργου συνεργα-
ιος, ἀλλ᾽ ἔνθα καθῆστο τῷ
ς ὑπ᾽ ὄψει τ᾽ Ἀρσάκης
ἴδε καὶ τὸ δόρυ καταθέ-
, καὶ ταῦτα περισκοπεῖν αὐ.
κλιν ἀνθ᾽ ἑαυτῷ παρα-
, συμπαρωμμάρτει τοῖς
υς, ὔτε ἁλισκομένου τῷ
ιειδος, οὔτε κατὰ πολὺ
φθάνοντ☉, ἀλλ᾽ ἀεὶ
ισουμένῳ προσεοικότος, καὶ
τον ὑπεκφεύγοντος, ὅσον
ὑπὸ τῷ ἀνόπλου καθυστερεῖν
μένον τὸν Θύαμιν. Εἰς
μὲν οὖν καὶ δεύτερον οὕτω
σαν τὸ τεῖχος
ὅτε ὁ ζίτος αὐτοῖς ἠνύετο
ις, ἤδη τὸ δόρυ τῷ Θύα-
κατὰ τ᾽ μεταφρένων τ᾽ ἀ-
ῦ κατασείοντος, καὶ μένειν
λῆψιν διαπειλοῦντ☉,

Sed nihil proficiebat, cùm ab iis qui ad portas stabant, reiiceretur: & hi qui erant in muro, ad quam partem cursum direxisset, ne à quoquam reciperetur, adhortarentur. Fugiebat igitur quanta celeritate potuit, in circuitu vrbis iam & abiectis armis. Currebat autem vnà quoque à tergo Theagenes, propter Thyamidem sollicitus, & non continens sese quin videret omnia quæ fiebant: verùm non armatus, ne veniret in suspicionem, quòd Thyamidi esset opem laturus: sed ad eam partem muri, ad quam consederat, in conspectu Arsaces, scutum & hastam deponens, & spectanda illi rursus pro se exhibens, sequebatur illorum cursum: neque adhuc Petosiride capto, neque longè præcurrente, sed iamiam comprehendendo simili, & tantum eatenus effugiente, quatenus consentaneum fuerat armatũ Thyamim à tergo inermis relinqui. Semel igitur atque iterum ita decurrerunt circa murum.

Sed quando tertium orbẽ conficiebant, iam hastam Thyamide dorso fratris intentāte, & manere, nisi vulnꝰ accipere mallet, iubēte, ciuitate

A ciuibus suis expulsio.

Fuga eiusdẽ.

Theagenes de Thyamide sollicitus.

De morte Calasiridis, à quodam ex æditui sprohibita sacrificare, nũtium accipit.

Mandata morientis Calasiridis de Theagene & Charicleá.

Calasiridis obitus.

& ablegabat, mœstitiæ plenum esse tẽplum referens. Antistitem enim Calasiridem, cùm post lõgum tempus domum rediisset, conuiuatum esse lautiùs, vnà cum charissimis sub vesperam, & vsum esse remisissimo ad omnem hilaritatem ac delectationem animo. Post conuiuium autem libasse & multùm supplicasse deæ: cúmque filiis dixisset, quòd hactenus essent visuri patrem, dedissétque mandata de iuuenibus Græcis qui cum eo venerunt, vt illis diligentissimè prospicerent, & quibus in rebus opem implorarent, pro virili adiumento essent, cubitum se contulisse. Deinde seu propter gaudij magnitudinem, meatibus spirituum vltra modum solutis & laxatis: tamquam senio confecto corpore, subitò viribus destituto: seu diis, à quibus hoc petierat, illi præbentibus: circa gallicinium cognitum esse mortuum, filiis propter ea quę illis prędixerat pater, tota nocte in illius obseruationem intétis. Et nũc, inquit, misimus nuncios, accersituros ex vrbe reliquum Pontificium & sacerdotale genus,

καὶ ἀπέπεμπε, κατηφείας τὸ περὶ τὸ ἱερὸν ἐμπεπλῆσθαι φάσκων. Τὸν γὰρ δὴ προφήτην τὸν Καλάσιριν μακροῖς χρόνοις εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήκοντα, ἑστιαθῆναι μὲν λαμπρῶς ἅμα τοῖς φιλτάτοις κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ πρὸς πᾶσαν ἄνεσιν καὶ ψυχαγωγίαν ἑαυτὸν ἐκδοῦναι· μετὰ δὲ τὴν εὐωχίαν, σπεῖσαί τε καὶ πολλὰ ἐπεύξασθαι τῇ θεῷ, καὶ τοῖς παισὶν εἰπόντα, ὡς ἄχρι τοῦ παρόντος ὄψονται τὸν πατέρα, καὶ πολλὰ ἐπισκήψαντα, τῶν συνόντων νέων Ἑλλήνων ἀφιγμένων, ὡς ἔνι μάλιστα, προστατεῖν, καὶ ἐν οἷς ἂν βουλομένοις αὐτοῖς γίνεται τὰ δυνατὰ συμπράττειν· κατακλινάντα τε αὐτὸν, καὶ εἴτε διὰ τὸ τῆς χαρᾶς μέγεθος, τῶν πνευματικῶν πόρων εἰς ὑπερβολὴν ἀνεθέντων καὶ χαλασθέντων, εἶτα δὴ γηραιοῦ τοῦ σώματος ἀθρόον διαφορηθέντος, εἴτε καὶ θεῶν αἰτήσαντι τοῦτο παρασχομένων, εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς τετελευτηκότα γνωσθῆναι, τῶν παίδων ἐξ ὧν προύλεγεν ὁ πρεσβύτης, παννύχιον παρατηρούντων. Καὶ νῦν, ἔφη, διεπεμψάμεθα τοὺς μετακαλέσαντας τὸ λοιπὸν τῶν κατὰ τὴν πόλιν προφητικῶν τε καὶ ἱερατικῶν γένος,

ὡς

τὰ νομιζόμενα ἐπ' αὐ-
κηδείας κατὰ τὸν πά-
όμον τελοῖεν. ἀποχω-
ιω ὑμῖν· οὐ γὰρ θέμις
γε θύειν, ἀλλ' οὐδὲ ἐ-
ιν. τοῦ νεὼ πλὴν τοῖς ἱε-
ς, ἑπτὰ τούτων ὅλων
ιῶν ἡμερῶν.
οὖν οἱ ξένοι διάξουσιν; ἔ-
ἡ Κυβέλη. καὶ ὅς, κατα-
αὐτοῖς εὐτρεπισθῆναι
, καὶ ἔξω τοῦ περὶ τὸν νεὼν
ρήτης ὁ Θύαμις ἐπέ-
ι, ὡς ὁρᾷς, αὐτοί γε οὗ-
πασι, τῷ νόμῳ πειθό-
ιαι ἐξοικίζοντες ἑαυ-
ἱερῶν τὸ παρόν. ἡ δὲ
τὴν ξυντυχίαν ἀρ-
καὶ ὥσπερ ἄγρας ἀρχὴν
μένη, οὐκοῦν ἔφη, ὦ νεω-
φιλέστατε, καιρὸς τούς
ς καὶ ἡμᾶς ἅμα εὖ
ἄλλον δὲ Ἀρσάκην με-
πλέως ἀδελφήν. οἶσθα
λεννήν τε ἐστὶ, καὶ δε-
ξηκα περὶ ξένων σπου-
ἔγε οὖν πρὸς τοὺς νέους,
πρόσταγμα τοῦ Θυάμι-
μετέρου τὸ καταγώγιον
ιτρέπισται.
σεν οὕτως ὁ νεωκόρος,
ὑποδυομένων ὑ-
Κυβέλης ὑποτοπήσας,
εργετήσειν τὸ οἰόμενος

vt illi iusta funebria secundùm legem patriæ persoluant. Discedendum est igitur vobis. Neque enim 5 fas est cuiquam ingredi templum, ne dum mactare quicquam, per totos septem dies, præter hos qui sacerdotio funguntur.

In monte antistit quæ obseruentur.

10 Quomodo itaque hospites hoc tempus traducent? quærebat Cybele. Tũ ille: Habitaculum illis extra templum adornari ius-15 sit nouus antistes Thyamis: & vt vides, isti ipsi cedunt, dum legi obtemperant, in præsentia è templo emigrantes. Cybele 20 igitur occasionem, quasi ad rapinam, & initium aucupij accommodans: Quamobrem, inquit, æditue deorum amantissime, oppor-25 tunè poteris & hospites & nos beneficio afficere, magis verò Arsacen regis magni sororem. Scis enim quantopere Græcis faueat, 30 quantóque studio peregrinos hospitio soleat accipere. Dic igitur iuuenibus, quòd iussu Thyamidis, in nostris ædibus ha-35 bitaculum illis est instructum.

Cybeles artes quibus æditum decipit.

Fecit ita æditaus, nihil eorum quæ Cybele moliebatur, suspicans: 40 sed existimans se beneficium collaturum esse

in

in hospites, si illis opera sua satrapicam aulã conciliasset: & simul iis qui petebant, rem gratam, neq; cuiquam detrimetum aut periculũ allaturam, facturum. Cũmq; ad Theagenem & Charicleam venisset, mœrore ac lacrymis perditos, Sanè haud legitima, inquit, neque ea quæ patrij mores institutáque ferant, præsertim cùm sit vobis antea luctu interdictum, facitis, quòd antistitem deploratis & lugetis: quem lætitia & gratulationibus prosequẽdum esse, tanquam meliorem consecutum requiem, & præstantiorem statum sortitum, diuina & sacra doctrina præcipit. Quãquam vobis quidem venia danda est, qui (vt dicitis) patrem, & patronum, & eum qui sola spes vestra fuerit, amiseritis: verũtamen non omnino vos despondere animum oportet. Thyamis enim (vt videre est) nõ tantum in antistitiũ, sed etiam in studium & beneuolentiã erga vos illi successit, & in primis prouideri vobis imperauit: habitaculúmq; vobis instructũ est splẽdidũ, & quale sibi optaret aliquis altioris gradus hominũ, & indigenarũ, nedũ peregrinorũ, & eorũ quorũ in presẽtia angustæ rationes, & humilis fortuna esse videatur.

Amantum luctus mor[illegible]e Calasiri-lis.

Ægyptiaca doctrina [illegible] non lugendo super antistitum obitu.

τοὺς ξένους, εἰ πρόξενος αὐτοῖς αὐλῆς σατραπικῆς γένοιτο, καὶ ἅμα τοῖς αἰτοῦσι τὴν χάριν ἀβλαβῆ καὶ ταῦτα οὖσαν καὶ ἀζήμιον καθικετεύουσιν. κατηφεῖς δὲ καὶ δεδακρυμένους πλησιάσαντας τοὺς περὶ τὸν Θεαγένην ὁ νεωκόρος, Οὐκ ἔννομα μὲν ἔφη οὐδὲ συγκεχωρημένα ἐκ τῶν πατρίων διαπράττεσθε, καὶ ταῦτα προαπηγορευμένον ὑμῖν, ὀδυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες ἄνδρα προφήτην, ὃν χαίροντας καὶ εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν, ὡς τῆς βελτίονος μετειληχότα λήξεως, καὶ πρὸς τὴν κρείττονα κεκληρωμένον ὁ θεῖος καὶ ἱερὸς παρεγγυᾷ λόγος. πλὴν ἀλλὰ συγγνωστὰ μὲν ὑμῖν, πατέρα (ὥς φατε) καὶ κηδεμόνα καὶ ἐλπίδα τὴν μόνην ἀποβεβληκόσι. οὐ μὴν ἀθυμητέα παντάπασιν. ὁ γὰρ Θύαμις, οὐ τῆς ἱερωσύνης μόνον τῆς ἐκείνου ἔοικεν εἶναι διάδοχος, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ ὑμᾶς διαθέσεως. τὰ γοῦν πρῶτα προνοηθῆναι ὑμῶν ἐπέσκηψε, καὶ καταγώγιον ὑμῖν ηὐτρέπισται λαμπρὸν, καὶ οἷον εὔξαιτ' ἄν τις καὶ τῶν εὐδαιμόνων καὶ ἐγχωρίων, μήτοιγε δὴ ξένων, καὶ εὐτελεστέρων τὴν νῦν πράττειν δοκούντων.

ἕπεσθε

Sequimini igitur hanc (ostendens Cybelen) communem vestram existimantes esse matrem, & excipienti vos parete.

Hæc ille quidem dicebat: faciebat autem Theagenes, vel quòd veluti procella quadam eorum quæ præter spem acciderant, depressus esset: vel quia in tali statu rerum, quodcunque oblatum habitaculum & receptum boni consuleret. Cauisset autem sibi, vt est consentaneum, si tragicos & intolerabiles casus, allaturum esse habitaculum illud, & magno magnó malo ipsis futurum, suspicatus fuisset. Tum verò fortuna, illorum rationes gubernans, cùm paucarum horarum interuallo illos recreasset ac refecisset, & vnius dici tantùm spacio lætitia frui permisisset, subitò tristia & aduersa adiungebat, & tanquam sua sponte vincula sibi accersentes, hostis adducebat: prætextu benigni hospitij, iuuenes, & hospites, & ignaros futurorum, captiuos efficiens. Sic hercle vita quæ in errore agitur, inscitiā tanquam cæcitatis tenebras offundit iis qui in peregrinis terris & exteris nationibus versantur. Hi igitur cū venissent domicilia satrapæ, & ingrederétur vestibula magnifica, & edi

Lætitiā vnius diei sequuntur mille aduersa.

Mala sub prætexu boni.

Vita erratica.

[Greek text, left column (cut off at left margin):]

δὴ κοινὴν ὑμῶν μητήρ δὲ νομίσαντες, δεῖ- ... Κυβέλην, καὶ ξεναπείθεσθε.

ὕτα ἐκεῖνος μὲν ἔλεγεν. ... δὲ οἱ περὶ τὸν Θεαγ... τὸ μὲν τι πρὸς τῶν παρ' ... περιπεπτωκότων βεμένοι τὴν διάνοιαν· τὸ ... ασπάζοντες ὅπου δὴ τὸ καταγωγῆς τε καὶ καγῆς τυχεῖν φυλαξόμενοι ... τὸ εἰκός, εἰ τὸ τραγικὸν ... κήσεως καὶ ... ἐρ... κον καὶ κακοῦ γενησόμενον αὐτοῖς ... ντο. νυνὶ δὲ ἡ τὰ κατ' ... ἀθλοθετοῦσα τύχη, πρὸς ... ὡρῶν μέρος ἀναπαύ... καὶ εἰς χαρὰν ἐφήμερον ... παραχρῆμα τὰ λυπηρὰ ... παινήπε, καὶ δεσμώτας ... αὐθαιρέτους τῇ πολε... ρεσώπῃ, δι' ὀνόματος φιλ... ώπου ξενίας, νέους καὶ ... καὶ ἀπείρους τοῦ μελ... αἰχμαλωτίζουσα. οὕ... ρα ὁ πλανήτης βίος, οἷον ... ότητα τὴν ἄγνοιαν ἐπιβάλ... ις ξενιτεύουσι. οὗτοι γοῦν ἡ τάχιστα παρῆλθον εἰς ... τραπεία, προπυλαίοις ... ντυχόντες ὑπερόγκοις,

5 10 15 20 25 30 35 40

